Ossolinski Rakinskiego Quietat.

Comparens personaliter Coram officio et Actis praesentibus Ca-
strensibus Capitanealibus Praemysliensibus Magnificus Fran-
ciscus Ossolinski Capitaneus Woyniciensis sanus mente et cor- 1239
pore existens e Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusq[ue] suis
quibusuis proprijs et competentibus recedendo praesenti vero
Castrensi Capitaneali Praemysliensi Jurisdictioni quo ad hunc
actum attinet Seum Successoribus ac bonis suis generaliter o-
mnibus totaliter et plenarie incorporando atq[ue] subijciendo pa-
lam libere publice, ac per expressum recognouit. Quia ipse suo et
Generosae Helisabethae Hadziewiczowna Consortis suae legitimae
nomine pro cuius ratihabitione Cavet ac se praesentibus inscri-
bit Generosum Casimirum Michaelem Rakinski Regentem Can-
cellariae Castren[sis] Praemysliensis et ipsius Successores de recepto
Scrutinio ex Instantia Sui Recognoscentis et suprascriptae
Generosae Consortis suae Contra Generosum Alexandrum Las-
sota Coram officio praesenti in Terminis Querelarum educto
quietat emittit, dimittit, liberumq[ue] et absolutum facit et
perpetuo pronunciat. Hac sua praesenti personali recogni-
tione ad praemissa omnia et singula mediante.

Korniaktowa Gluchowskim Congibus Scriptum Roborat 1239

Comparens personaliter Coram officio et Actis praesentibus Castrensi-
bus Capitanealibus Praemysliensibus Magnifica Catherina de
Belzec Korniaktowa Magnifici olim Caroli in Białoboki Kor-
niakt Consors derelicta Vidua sana mente et corpore existens
a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusq[ue] suis quibusuis pro-
prijs et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capi-